

mais une grande porte, afin qu'après avoir enchaîné et vaincu le fort armé, il pût s'emparer de sa demeure, la mettre au pillage, la détruire, *Matth. XII*, et emmener captive la captivité. Ce fort armé ayant rassemblé les cohortes de ses satellites, combattit, avec toutes ses forces contre l'Apôtre et fut vaincu. Or, nous apprenons surtout à connaître ce qu'étaient les Éphésiens par ce fait : c'est que de même que saint Jean avant d'exposer le mystère de la naissance éternelle du Seigneur, reposa sur sa poitrine et puisa à cette source très pure les eaux des saines doctrines *Jean. XIII*, et *XXI*; ainsi les Éphésiens, se jetant au cou de Paul qui les

apertum ei erat ostium, et non ostium modicum, sed magnum, ut vincto forti atque superato, domum ejus invaderet, spoliaret, everteret, et captivam duceret captivitatem *Matth. XII*; qui satellitum suorum agminibus congregatis, tota contra Apostolum acie dimicavit, et victus est. Qui sint autem Ephesii, et hinc vel maxime comprobatur; quod sicut Joannes mysterium nativitatibus antiquae Domini relaturus, in pectus ejus recubuit, et de purissimo fonte hausit rivulum doctrinarum *Joan. XIII*; et *XXI*; ita et hi in abeuntis Pauli colum ruentes *Actor. 20*, osculis atque complexibus suis

(4) Trium horum scriptorum Origenis, Apollinarii, et Didymi commentarii in hanc Epistolam jamdiu olim intercederunt. *Ed. Mig.*

quittait, montrèrent par leurs embrassements, qu'ils possédaient en commun le même trésor de science, et attestèrent par leurs larmes le regret qu'ils avaient de voir partir leur maître. Je dois aussi vous prévenir dans cette préface, qu'Origène a écrit sur cette épître trois volumes et que nous l'avons suivi en partie. Apollinaire et Didyme ont publié aussi quelques courts commentaires sur le même épître, nous y avons opéré de légers retranchements, fait quelques additions, qui nous paraissaient convenables, de manière que tout d'abord un lecteur studieux pût voir ce qui venait de nous et ce qui nous était étranger.

indicaverunt unum se cum eo scientiae habere thesaurum, et magistris desiderium lacrymis contestati sunt. Illud quoque in praefatione commoneo, ut scialis (1) Origenem tria volumina in hanc Epistolam conscripsisse, quem et nos ex parte secuti sumus. Apollinarium etiam et Didymum quosdam commentarios edidisse, e quibus licet pauca decerpimus, et nonnulla, quae nobis videbantur, adjecimus, sive subtraximus, ut studiosus statim principio lector agnoscat hoc opus, vel alienum esse, vel nostrum.

LIVRE PREMIER

CHAPITRE 1^{er}.

« Paul, apôtre de Jésus-Christ, par la volonté de Dieu. » Si la préposition *par* indique le ministère de celui par lequel l'action se fait, le sens de ces paroles me paraît en harmonie avec cette vérité : « Nul ne vient à moi, si mon Père ne l'attire » *Jean VI*, 44. Et il suivra de là que ces paroles que nous lisons dans l'Évangile de saint Jean : « Toutes choses ont été faites par lui » *Jean I*, 3, sans aucun doute par le Fils, ne portent aucun préjudice à Notre-Seigneur Jésus-Christ, comme s'il était inférieur à son Père, parce qu'il obéit à sa volonté; de même, aucun préjugé défavorable au Père, ne peut naître de ce que c'est par sa volonté que Paul soit apôtre de Jésus-Christ. Il en est d'autres qui entendent ce passage dans ce sens que saint Paul a voulu

montrer qu'il est apôtre de Jésus-Christ par la volonté de Dieu qui est Jésus-Christ, c'est-à-dire que de même qu'il est appelé la sagesse, le Verbe, la puissance de Dieu, la vérité, la résurrection et la vie, il est appelé aussi la volonté de Dieu. Quelques autres pensent qu'il importe peu que l'Apôtre eût mis par la volonté, (*per*) ou d'après la volonté de Dieu, (*ex*) parce que l'Apôtre emploie indifféremment ces deux prépositions, et que « par la volonté de Dieu » exprime le même sens que « d'après la volonté de Dieu. »

« A tous les saints qui sont à Éphèse! » Quelques-uns, poussant la curiosité plus loin qu'il ne faut, de ce qu'il est dit à Moïse : « Voilà ce que vous direz aux enfants d'Israël : Celui qui est m'a envoyé » *Exod. III*, 14, concluent que les saints et les fidèles qui sont à Éphèse

CAPUT I.

« Paulus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei. » Si « per » praepositio ministerium ejus per quem res agitur, ostendit, videtur mihi in illam sententiam sensus iste congruere : « Nemo venit ad me, nisi Pater meus attraxerit eum ad me » *Joan. VI*, 44. Atque ita fiet, ut et illud quod in Joannis Evangelio legitur : « Omnia per illum facta sunt » *Joan. I*, 3, haud dubium quin per Filium non praepudicet Domino nostro Jesu Christo quasi ex eo minor sit, quod Patris obtemperet voluntati quomodo et nunc non praepudicat Patri, quod per voluntatem illius Paulus apostolus Jesu Christi sit. Alii vero ita locum istum intelligunt, ut Paulum apostolum Jesu

Christi, per voluntatem Dei, qui sit Christus, ostendi putent; ut sicut sapientia et Verbum, et virtus Dei et veritas et resurrectio, et via dicitur; ita etiam voluntas appelletur. Nonnulli nihil referre existimant, utrum per voluntatem Dei, an ex Dei dixerit voluntate; quia his praepositionibus Apostolus indifferenter utatur; et idipsum significare, per voluntatem Dei quod si dixisset, « ex voluntate Dei. »

« Sanctis omnibus qui sunt (1) Ephesi » Quidam curiosius quam necesse est, putant ex eo quod Moysi dictum sit : « Hæc dices filiis Israel : Qui est, misit me » *Exod. III*, 14, etiam eos qui Ephesi sunt sancti et fideles, essentiae vocabulo nuncupatos. Ut quomodo a sancto sancti, a justo justi, a sapiente sapientes :

(1) Ex inferiori toto contextu liquet, Hieronymum cum hanc sibi proponeret explicandam Epistolam Paulinæ epigraphen, nomen praetermississe Ephesi. Neque ex eo tantum dico, quod scitum vulgo est, nonnulla existisse vetera exemplaria, cum Graeca tam Latina, quae non apponerent civitatis nomen : quemadmodum et alia, quae non Ephesi praeferrerent, sed Laodiceæ. Moveor autem ex eo potissimum, quod statim ex eo subnexa expositione notat S. Pater, quosdam hinc (nempe quod nullum adderetur Ecclesiae sive urbis nomen) curiosius putasse eos qui Ephesi sunt sancti, et fideles, essentiae vocabulo nuncupatos. Alii vero simpliciter, non ad eos qui sint, sed qui Ephesi sancti et fideles sint, scriptum arbitrentur. Etenim si in proponenda epigrapha, addebatur Ephesi, jam nihil erat istas recitare sententias ne verbo quidem causata ἀντιγράφων varietate aut silentio; et tamen ambae cum referuntur, utpote quae praeter ceteris loci explicationi conferant, suo quoque argumento inditatem vocem Ephesi in archetypo desiderari. Ceterum nec omnittam de priori sententia, notari ab Hieronymo Basilium, qui libro II adversus Eunomium vetustissimos libros laudat, qui absque addito, ἐν Ἐφέσῳ, legerent τοὺς ἁγίους τοῖς ὄντι, καὶ πιστοῖς, atque adeo ἰδιαιότητι, sive per propriam dignitatem, et quodammodo nature sanctos eos dici ab Apostolo, ad quo Epistola data est : ad ejus instar effati *Exod. III*, 14 : *Ego sum qui sum*, quod quidem jocose potius quam graviter pronuntiarum videatur. Sed quando in hac versamur disputatione, et illud obiter Tertulliani testimonium, contententis a Marcione titulum Epistolae interpolatum, ac Laodiceæ substitutum, pro Ephesi Ecclesiae quidem, inquit lib. V contra Marcionem, cap. 17 : *Veritate Epistolam istam ad Ephesios habemus emisam non ad Laodiceos; sed Marcion ei titulum aliquando interpolare gestiit, quasi et in isto diligentissimus explorator. Denique videri propiores ad fidem recentiorum interpretum conjecturas, qui hanc Epistolam opinantur encyclicarum more ad plures datam Asiae minoris Ecclesias : quare ejus ad quam mittebatur, nomen ab Apostolo praetermissum, ad hunc fere modum : Sanctis qui sunt... et fidelibus in Christo, etc.* *Ed. Mig.*

sont ici appelés du nom qui exprime l'essence. Ainsi, de même que les saints prennent leur nom de celui qui est saint, les justes de celui qui est juste, les sages de celui qui est sage; ainsi ceux qui sont reçoivent leur nom de celui qui est, et, selon la doctrine du même apôtre, Dieu a choisi ce qui n'était pas pour détruire ce qui était. Ce même passage de l'Écriture qui est apporté en témoignage, ils l'expliquent de manière à nous faire comprendre d'après ce qui suit, la destruction de ce qui existait, « afin, dit saint Paul, que nul homme ne se glorifie devant lui » I *Cor.* 1, 29. Car, disent-ils, si quelqu'un, partant de ce qu'il n'est pas et s'avancant par la grâce de Dieu dans ce qu'il est ne se montre pas reconnaissant envers son bienfaiteur, et attribue ce qu'il est à sa vertu et à son mérite, il cesse aussitôt d'être ce qu'il était et commence à n'être pas ce qu'il avait été. D'autres s'en tiennent à une interprétation plus simple, et pensent que la lettre est adressée, non à ceux qui sont, mais à ceux qui sont saints et fidèles à Éphèse.

« Et aux fidèles en Jésus-Christ. » En effet, la femme infidèle est sanctifiée dans le frère fidèle, et l'homme infidèle est sanctifié dans la femme fidèle I *Cor.* vi, 14. Il y a aussi dans le temple des vases consacrés et on y immole à Dieu des animaux privés de raison. Or, l'Apôtre appelle ici fidèles, ceux auxquels il a donné le nom de

ita ab eo qui est, hi qui sunt appellentur, et juxta eundem Apostolum elegisse Deum ea quæ non erant ut destrueret ea quæ erant. Ipsam etiam Scripturam quæ in testimonium adducta est, ita edisserunt ut destructionem eorum quæ erant, ex consequentibus intelligamus : « Ut non » inquit « gloriatur omnis caro in conspectu Dei » I *Cor.* 1, 29. Si enim, aiunt, quispiam ex eo quod non erat, in id quod est [Al. erat] a Deo esse proficiens, non datori gratiam referat; sed sui meriti et virtutis æstimet quod subsistat, statim quod est esse destruitur, et incipit non esse quod fuerat. Alii vero simpliciter, non ad eos qui sint [Al. sunt], sed qui Ephesi sancti et fideles sint, scriptum arbitrantur.

« Et fidelibus in Christo Jesu. » Quoniam sanctificata est mulier infidelis in fratre fidei, et vir infidelis sanctificatus est in muliere fidei I *Cor.* vii, 14. Et sunt vasa quoque sancta et mutæ pecudes quæ Deo mactantur in templo *Num.* iv et xxxi : propterea eos quos sanctos dixerat, vocavit et fideles; quia fides ex mentis propriæ descendit arbitrio; sancti-

saints, parce que la foi vient de la libre détermination de l'esprit, tandis que la sanctification vient uniquement quelquefois de la libéralité de l'auteur de la sanctification, sans que notre volonté y ait part. Il ajoute « les fidèles en Jésus-Christ, » et cette distinction que fait l'Apôtre donne lieu à une observation des plus importantes. Beaucoup, en effet, sont fidèles, mais non en Jésus-Christ. Ainsi, qu'un homme remette un dépôt, qu'il ne refuse pas de rendre ce qu'on lui a confié, qu'il se montre ami fidèle, qu'il soit disposé à mourir plutôt que de trahir les devoirs de la fidélité, comme nous le lisons de quelques philosophes et (pour qu'ils n'en tirent pas un trop grand sujet de gloire,) comme l'a fait une courtisane d'Athènes, cet homme là est fidèle, mais il n'est pas fidèle en Jésus-Christ.

« Que Dieu, notre Père, et Notre-Seigneur Jésus-Christ vous donnent la grâce et la paix. » On peut rapporter ces deux choses, la grâce et la paix, tant au Père qu'au Fils, ou bien à chacun d'eux l'une de ces deux faveurs, c'est-à-dire la grâce au Père, et la paix à Jésus-Christ. Car l'Apôtre ajoute presque aussitôt : « Pour la louange et la gloire de sa grâce par laquelle il nous a justifiés en son Fils bien-aimé. » Ainsi la grâce du Père consisterait en ce qu'il a daigné envoyer son Fils pour notre salut, et la paix du Fils, en ce que nous avons été réconciliés par

ficatio vero ex sanctificantis interdum, absque voluntate nostra, sumimur largitate. Quod autem ait, « fidelibus in Christo Jesu, » et hoc ad distinctionem diligentissimæ observationis est positum. Sunt quippe plures fideles; sed non in Christo Jesu. Si quis reddat depositum, si quis commendata non abneget, fidelem se amicis exhibeat; animam magis quam fidem paratus sit proderi, quod de nonnullis philosophis legimus (et ne illi satis gloriarentur, Atheniensis meretrix perpetravit), iste quidem fidelis est: sed non est fidelis in Christo Jesu.

« Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Sive ambo ad utrumque hoc est, et gratia et pax, tam ad Deum Patrem, quam ad Dominum nostrum Jesum Christum; sive ad singulos referenda sunt singula, ut gratia ad Deum Patrem, pax vero referatur ad Christum. Si quidem statim sequitur : « In laudem gloriæ gratiæ suæ; in qua glorificavit nos in dilecto; » ut gratia Patris in eo sit, quod Filium pro salute nostra dignatus est mittere : Pax vero Filii in eo, quod per ipsum Patri reconciliati

lui avec le Père, et qu'après avoir détruit dans sa propre chair le mur de séparation, c'est-à-dire les inimitiés, des deux peuples il n'en a fait qu'un seul.

« Béni soit le Dieu et le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ qui nous a comblés en Jésus-Christ, de toutes sortes de bénédictions spirituelles pour les biens célestes. » De même que Dieu, qui est substantiellement et naturellement bon, nous fait entrer en participation de sa bonté, et qu'il dit à Israël : « Soyez saints parce que je suis saint » *Lev.* xx, 7, ainsi lui, qui est béni, nous comble de bénédictions, car le souverain législateur répandra ses bénédictions, et la bénédiction reposera sur la tête du juste *Prov.* x; et le surnom de bénédiction a été donné à Baruch qui, en hébreu, signifie : Béni. Or, il nous a bénis, non d'une seule bénédiction, mais en nous comblant de toutes ses bénédictions. Ce n'est pas que tous nous obtenions toutes ces bénédictions, mais bien que chacun de nous obtienne une ou plusieurs de ces bénédictions, nous les possédons toutes dans celles que nous possédons. Et ce ne sont point des bénédictions terrestres, mais des bénédictions célestes. Il y a

sumus, et destructo medio pariete, inimicitias in carne sua evacuans, fecerit utrumque unum.

« Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus, in Christo. » Quomodo secundum substantiam atque naturam Deus bonus, nos communionem sui efficit bonos, et loquitur ad Israel : « Sancti estote, quoniam ego sanctus sum » *Levit.* xx, 7; ita ipse benedictus nos præstet esse benedictos. Dat quippe legislator benedictiones, et benedictio Domini super caput justis *Prov.* x; cujus benedictionis cognomentum habet « Baruch, » qui in lingua nostra, « benedictum » sonat. Benedixit autem nos, non in una benedictione, sed in cunctis. Non quo omnes omnia consequamur, sed dum singuli, vel singulas, vel plures habemus ex omnibus, omnes (1) per singulas possideamus. Et non in terrenis benedictionibus, sed in spiritualibus. Sunt quippe terrenæ benedictiones, habere quempiam liberos, affluere opibus, honore et sanitate gaudere; quæ terrena benedictio usque ad

en effet, des bénédictions terrestres, comme d'avoir des enfants, une grande fortune, des honneurs, la santé, bénédiction terrestre qui descend jusqu'aux animaux privés de raison. Car c'est d'eux qu'il est dit : « Le Seigneur les bénit, et leur dit : Croissez et multipliez » *Gen.* x, 22. Mais les bénédictions spirituelles sont pour le ciel, car la terre ne peut recevoir une bénédiction spirituelle. Ainsi, les bénédictions qui, dans le Lévitique, sont promises aux observateurs fidèles des préceptes divins, comme de prêter à usure aux nations étrangères, d'avoir leurs greniers pleins de blé, d'être bénis dans les villes, bénis dans les champs, et d'autres semblables, nous ne les voyons pas accomplies dans les prophètes, dans ces hommes qui ont mené une vie errante, revêtus de peaux de brebis et de peaux de chèvres, se réfugiant dans les cavernes et les rochers pour échapper aux violences de leurs persécuteurs *Heb.* xi. Il faut donc tout prendre spirituellement, et attendre l'accomplissement des bénédictions spirituelles, non sur la terre, mais dans le ciel. Cependant, comme l'Apôtre dit : « Il nous a bénis de toutes sortes de bénédictions spirituelles pour les biens

irrationabilia jumenta descendit. Dictum est quippe de illis : « Benedixit eis Dominus, et dixit : Crescite et multiplicamini » *Gen.* 1, 22. Spirituales vero benedictiones in celestibus sunt; quia terra benedictionem non capit spiritualement. Siquidem et benedictiones illæ quæ in Levitico Dei præcepta servantibus mittuntur *Levit.* xxvi; verbi causa, externis Genibus fenerare, plena esse horrea frumentis, benedictos esse in urbibus *Deut.* xxviii, benedictos in agris, et cætera his similia, in prophetis non videmus [Al. videmus] expleta, hominibus, qui in melotis et in caprinis pellibus erraverunt; in egestate, in angustia, in desertis montibus, in speluncis et cavernis petrarum, persecutorum impetus declinantes *Heb.* xi. Spiritualiter ergo accipienda sunt omnia, et spiritualia, non in terrenis locis, sed in celestibus expectanda. Quod vero ait : « Benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus, » quasi jam in præterito factum sit, et non in futuro promissum, id est, benedixit, et non benedicturus est,

(1) Hieronymus cum favoris in Originem purgare suspensionem voluit, hosce cum primis Commentarios in Pauli epistolam ad Ephesios, utpote quibus probari sua posset fides, Rufino calumniantem opposuit. Hic ævide occasione arrepta, et querens in scirpo nodum, hosmet libros iniquissima diligentia expendit, inque Origeni sensus invidiam perverse trahit, facta ab his verbis accusandi initio. Nos quædam subinde pro S. Doctore contra Aquileiensem presbyterum animadvertemus; sed quando ipsa rationum momenta ob oculos ponere per notarum angustias non licet, ut ipsos invectivaram Rufini libros, a prioris numero vigesimo tertio ad alterius finem usque, lectores consulant, ipsique diligenti, auctores sumus. *Ed. Mig.*

célestes, » comme s'il s'agissait d'une chose passée et non d'une promesse pour l'avenir, et qu'il dit : « Il a béni » et non il bénira, on demande comment Dieu nous a bénis d'une bénédiction céleste, alors que nous sommes encore sur la terre. Lors donc que nous vivons déjà dans le ciel, et que nous ne sommes plus du monde, lorsqu'ayant dépouillé l'image de l'homme terrestre, nous portons l'image de l'homme céleste, par-dessus tout, que nous ne vivons plus dans la chair, mais dans l'esprit, et que nous thésaurisons pour le ciel où nous avons notre cœur. Alors, il est vrai de dire que nous sommes bénis de toutes sortes de bénédictions célestes; ou bien on peut dire encore que toute bénédiction spirituelle en Jésus-Christ, bien que donnée sur la terre, est cependant comptée parmi les bénédictions célestes. « Il nous a bénis, dit l'Apôtre, de toutes sortes de bénédictions spirituelles pour les choses célestes, en Jésus-Christ, dans la parole de Dieu, dans la sagesse, dans la vérité et dans les autres vertus. Il est à remarquer qu'on peut lire de deux manières ces paroles : « Béni soit Dieu et le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, c'est-à-dire : « Béni soit Dieu, le créateur de toutes choses, » première ¹ position, et ensuite : « et qui est le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ » ou bien en rapportant tout ensemble, Dieu et Père à Notre-Seigneur Jésus-Christ. Béni soit le Dieu de celui qui s'est fait

queritur quomodo adhuc in terra nos positos, celestis benedictione benedixerit. Sive igitur quod conversatio nostra in cœlis est, et non sumus de mundo isto; sed deposita imagine choici, portamus imaginem supercoelestis; et in carne non vivimus, sed in spiritu; et thesaurizamus nobis in cœlis ubi et cor habemus, dicimur nunc celestis benedictione benedicti; sive certe, quod omnis benedictio spiritualis in Christo, licet in terra sit, tamen de celestibus computetur. « Benedixit nos, » inquit, « in omni benedictione spirituali in celestibus in Christo; » in sermone Dei, et sapientia, et veritate, ceterisque virtutibus. Dupliciter autem legendum : « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi; » ut sit benedictus Deus, qui universorum conditor est, et hucusque distinctio; deinceps inferatur : « qui est et Pater Domini nostri Jesu Christi, » vel ita; ut Deus et Pater, ad Dominum nostrum, in commune referatur. Benedictus Deus ejus qui assumptus est hominis, et Pater ejus, qui in principio apud Deum fuit Deus Verbum. Non quo alius assumptus homo, et alius sit sermo

homme, et le Père de celui qui au commencement était en Dieu, Dieu le Verbe. Non pas que celui qui a été fait homme, soit différent du Verbe qui s'est revêtu de l'humanité, mais parce que le seul et même Jésus-Christ nous est représenté suivant la diversité des sujets, tantôt dans l'élévation, tantôt dans l'humiliation.

« Comme il nous a élus en lui, avant la création du monde, afin que nous fussions saints et sans tache en sa présence. » Au lieu de la création du monde, le texte grec porte *προ καταβολης κόσμου*, or le mot *καταβολη*, n'a pas le même sens que *constitutio*, création. Ainsi donc la pauvreté de la langue et la nouveauté des choses, et comme l'a dit un auteur, le caractère de la langue grecque plus riche et plus expressive, nous forcent, non de traduire littéralement cette expression, mais d'en expliquer la force par une périphrase. Le mot *καταβολη* se dit, ou de celui qui est jeté du haut en bas, et qui tombe d'une sphère plus élevée dans une sphère inférieure, ou bien lorsqu'une chose commence d'exister. Ainsi pour exprimer l'action de ceux qui jettent les premiers fondements d'un édifice, on emploie le verbe *καταβεβλήκεναι*, c'est-à-dire jeter en bas les premières assises des fondations. Saint Paul voulant donc montrer que Dieu a tout créé de rien, ne lui attribue point la formation, la création, la fabrication du monde, mais *καταβολην*, c'est-à-dire le commencement de la

qui assumpserit; sed quo unus atque idem pro varietate causarum, nunc sublimis, nunc humilis, prædicetur.

« Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi; ut essemus sancti et immaculati coram ipso. » Pro constitutione mundi, in Græco scriptum habet, *πρό καταβολης κόσμου*; non id ipsum autem *καταβολη* quod « constitutio » sonat. Unde et nos propter paupertatem linguæ, et rerum novitatem, et sicut quidam ait, quod si Græcorum et sermo latior et lingua felicior, conabimur non tam verbum transferre de verbo, quod impossibile est, quam vim verbi quodam explicare circuitu. *Καταβολη* proprie dicitur, cum qui deorsum jacitur, et in inferiorem locum mittitur de sublimi, vel cum aliqua res sumit exordium. Unde et hi qui ædium futurarum prima jaciunt fundamenta *καταβεβλήκεναι*, id est, deorsum initia fundamentorum jecisse dicuntur. Volens itaque Paulus ostendere quod Deus universa sit machinatus ex nihilo, non « conditionem, » non « creaturam » atque « facturam, » sed *καταβολην*, id est, « initium funda-

fondation, afin qu'on ne puisse supposer, comme le font les Manichéens et les autres hérésies (qui admettent un créateur et une matière), qu'il existait une matière antécédente d'où les créatures ont été faites, mais qu'il soit bien entendu que toutes choses ont été tirées du néant. Quant à ce qu'il atteste que nous avons été choisis afin d'être saints et immaculés devant lui, c'est-à-dire devant Dieu, avant la création du monde, c'est un acte de la prescience divine, par laquelle toutes les choses futures sont déjà faites, toutes sont connues avant leur accomplissement. C'est ainsi que Paul est prédestiné dans le sein de sa mère, que Jérémie est sanctifié avant sa naissance, et qu'il est envoyé aux nations comme prophète et figure de Jésus-Christ. Un autre auteur qui s'efforce de montrer que Dieu est juste, parce qu'il choisit chacun de nous non en vertu de sa prescience divine, mais par suite du mérite des élus, affirme qu'avant les créatures visibles, le ciel, la terre, la mer et tout ce qu'elles contiennent, il a existé d'autres créatures invisibles parmi lesquelles des âmes, qui pour des causes à Dieu seul connues ont été jetées dans cette vallée de larmes, sur cette terre d'affliction, dans ce lieu de notre pèlerinage du milieu duquel un saint

menti » ad eum retulit; ut non juxta Manichæum, et ceteras hæreses (quæ factorem et materiam ponunt) aliquid [Al. aliud] unde creaturæ factæ sint, antecesserit creaturas; sed omnia ex nihilo substiterint. Quod autem electos nos, ut essemus sancti et immaculati coram ipso, hoc est, Deo, ante fabricam mundi testatus est, ad præscientiam Dei pertinet; cui omnia futura jam facta sunt, et antequam fiant universa sunt nota. Sicut et Paulus ipse prædestinatur in utero matris suæ, et Jeremias in vulva sanctificatur *Jerem. i.* eligitur, roboratur, et in typo Christi propheta gentibus mittitur. Alius (1) vero qui Deum justum conatur ostendere, quod non ex præjudicio scientiæ suæ, sed ex merito electorum unumquemque eligat, dicit, ante visibiles creaturas, cœlum, terram, maria et omnia quæ intra ea [Al. in eis] sunt, fuisse alias invisibiles creaturas, in quibus dejectæ sint deorsum in vallem istam lacrymarum, in locum afflictionis et peregrinationis nostræ, in quo sanctus constitutus orabat ut ad sedem pristi-

demandait à Dieu son retour dans sa première demeure en lui disant : « Malheur à moi, car mon exil a été prolongé, j'ai habité avec le peuple de Cédar, mon âme y a été trop longtemps errante, » *Ps. cix, 5.* Et dans un autre endroit : « Malheureux homme que je suis, qui me délivrera de ce corps de mort? » Et encore : « Il vaut mieux retourner et être avec le Christ. » Et ailleurs : « Avant d'être homme j'ai péché, » *Ps. cxviii, 67,* et d'autres témoignages semblables. Ainsi donc, avant que les âmes fussent précipitées dans le monde et que ce monde, jeté lui-même au plus bas degré de la création, existât avec les âmes qui devaient l'habiter, Dieu a choisi Paul et ceux qui lui étaient semblables devant lui, qui étaient saints et immaculés. Or, on ne choisit quelqu'un que parmi plusieurs, et le choix n'a de raison d'être, que là où il existe quelques infériorités. Ainsi de même que dans la captivité de Babylone, lorsque Nabuchodonosor eut emmené le peuple juif en Chaldée, Dieu envoya Ézéchiël, Daniel, les trois enfants, Aggée, Zacharie, non qu'ils eussent mérité les rigueurs de la captivité, mais pour être les consolateurs des captifs; ainsi dans cette chute du monde, ceux qui avaient été choisis de Dieu, avant l'existence du monde, furent envoyés, pour

nam reverteretur, dicens : « Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! habitavi cum habitantibus [Al. habitantibus] Cedar, multum peregrinata est anima mea *Ps. cxix, 5.* Et in alio loco : « Miser ego homo : quis me liberabit de corpore mortis hujus? » Et : « Melius est reverti, et esse cum Christo. » Et alibi : « Antequam humiliarer ego peccavi *Ps. cxviii, 67,* et cætera his similia. Itaque priusquam animæ, inquit, precipitarentur in mundum, et mundus ex animabus [Al. animalibus] fieret cum habitatricibus suis, in infimum ipse dejectus, elegit Paulum Deus et ei similes coram se, qui erant sancti et immaculati. Nemo autem eligitur nisi de pluribus; et ubi sunt aliqui viliores, ibi electio perpetratur. Quomodo autem in Babylonia captivitate, quando a Nabuchodonosor in Chaldæam abductus est populus, missi sunt prophætæ Ezechiel, Daniel, tres pueri, Aggæus, Zacharias, non quo et ipsi meruerint captivitatem, sed ut essent in solatio captivorum; ita et in illa dejectione mundi eos, qui antequam mundus fieret, electi erant a Deo, missos esse in eruditionem et

(1) Hunc aliam, cuius hic dissimulat nomen, Origenem esse non diffidetur. S. Pater in Apologia contra Rufinum; seque ita, quod nomen ejus tacuerit, excusat : Quia Commentatoris officium est, multorum sententias ponere, et hoc me facturum in præfatione promiseram, etiam Origenis absque invidia nominis ejus Explanationem posuit, dicens : Alius vero qui Deum justum conatur ostendere, etc. Ed. Mig.